



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

misericordia Dei. Et sicut opera (inquit Frater) sine Christi
 merito, sic etiam uniuersaliter, meritum Christi sine operi-
 bus non saluat. De merito Christi apud nostros spirituales
 altissimum erat silentium, sed nunc occipiunt nominare, sed
 more Pelagianorum, quibus cum ex ouo pregnati sunt uno
 Christus adeo imperfectus est Monachis nostris, ut ad salu-
 tem nostris egeat operibus, qui tamen perfectus factus est
 omnibus obtemperantibus sibi ad salutem. Et clamat Esai- *Esais. 27.*
 as omnes iusticias nostras menitruo pollutas esse. Idem
 cap. 47. Opera tua non proderunt tibi, sed qui fiduciam ha-
 bet mei, hereditabit terram &c. Et Christus etiam si feceris *Lucy. 17.*
 tuis omnia, dicite: serui inutiles sumus, Lucae 17. Non intres
 in iudicium cum seruo tuo &c. Non secundum opera no-
 stra facias nobis. Pro nihilo saluos facies eos, bonorum meo-
 rum non eges. Si nostra opera sunt ad salutem necessaria,
 tunc & fides erit conditionalis, tam uili addixerunt isti Thra-
 sones sanguinem Christi, & Dei patris misericordiam. Ad-
 mittit quod opera possint saluare, sed merita Christi sine ope-
 ribus non posse saluare contendit. Vere impium est nostro-
 rum spiritualium dogma, & nimis quod uere spiritualium, id
 est daemoniacorum, nam & daemones spiritus sunt.

PROPOSITIO XIX.

Iusticia cordis fides est, iusticia operum charitas.

CENSURA.

Charitas non tantum est iusticia operum, sed & cordis
 & operum omnia mundans. Lucae 11. Charitas uni- *Lucy. 11.*
 uersalior est fide, si fides corda purificat, charitas omnia.

m 2

Condem.